

Prophetarum obijciuntur, ad aliquid significandum; alia sunt veræ res, quæ assumuntur, ac proponuntur ad aliquod indicandum. Hoc posito.

190. Sit prima conclusio: sensus literalis desumitur ex rebus imaginariis per ipsas significatis, quæ mentibus Prophetarum obijciuntur, eas contemplantibus, sive in somnis, sive in vigiliis. Abrahamo gravi somno detento, ut dicitur Genes. 15. num. 17. Cum occubisset sol, facta est caligo tenebrosa, & apparuit elybanus fumans, & lampas transiens inter divisiones illas. Significabat Elybanus populi sui servitutem Ægyptiacam in luto, & latere, quem in suis fornibus coquebant Hebræi. Lampas transiens significabat Deum, cujus imago est lampas; ista transiens per divisiones, more antiquo fœdera pangentium: nam ut notant ibi Lyranus, Abulensis, & alii, olim iniens pactum, vel fœdus firmum cum alio, inter partes animalis occisi transibat.

Lyra. Abulens.

191. Daniel. 8.

Jerem. 1.

Sit & aliud exemplum. Propheta Daniel 8. num. 4. vidit hircum caprarum venientem ab Occidente, & percussisse arietem, ac concussisse illum. Hircus denotabat Alexandrum Magnum, sicut & Arias Darii Regem, qui ab Alexandro, victus, & occisus est. sic & Jeremias 1. num. 13. Vidit ollam succensam, quæ significabat Jerusalem succensam à Nabucodonosore; & tamen in his visionibus, nec elybanus, nec lampas, hircus, vel Arias, & olla succensa, sumuntur pro suo significato materiali, sed significata per hæc, est eorum sensus literalis. Et probatur, quia hæc verbi gratia elybanus, lampas, &c. significabant aliquid, vel non: hoc secundum dicit non potest, quia illa sunt instituta à Deo ad significandum: ergo dicendum est primum; atqui illa non sunt ostensa pro eorum significato præcisè, pro hircu, vel ariete, verbi gratia, sed pro his, quæ denotabant; ergo ipsa denotata est eorum sensus literalis.

192.

3. Reg. 11.

Secunda conclusio. Sensus literalis aliquando significatur per res veras, & reales. Scisura decem, quæ ex Dei imperio Achias Sionites tradidit Jeroboam, ex novo pallio, quo operatus erat. 3. Reg. 11. num. 31. literaliter significabat Salomonis regnum scindendum esse, & decem ejus partes, id est decem Tribus tradendas esse Jeroboam. Isaias discalceatus incedens ex mandato, 20. num. 2. per compita Civitatis ad litteram significabat Ægyptios, & Ethiopes nudos, & discalceatos, seu ab omnibus suis rebus expoliatos, in captivitatem ducendos esse per Regem Assyriorum.

193.

Oppones. Sensus literalis est ille, qui significatur per voces, spiritualis autem per res; ergo sensus literalis non coalescit ex rebus, sive veris, sive imaginariis. Respondetur quod illa descriptio sensus literalis, ita est intelligenda, quod sensus literalis desumitur ex vocibus, & rebus, cum res proponuntur loco verborum, tunc res sive veræ, sive imaginariæ significant tanquam verba, & inserviunt ad sensum litteralem.

RESOLUTIO III.

De Auctoribus Canonice sacre Scripturae.

QUESTIO PRIMA.

Deus supremus Scripturae Auctor, an etiam per se immediate aliquid scripserit.

SUMMARIUM.

- 194 Deus totius Scripturae Auctor.
195 Quæ ab Scriptura dicitur, dici dicitur à Deo
196 An Deus aliquid per se immediate scripserit, prima sententia negativa.
197 Ponuntur illius fundamenta.
198 Secunda sententia opposita affirmat.
199 Tertia, & probabilior media via incedit.
200 Probatur prima pars triplici fundamento.
201 & n. 201. 202. & 203.
204 Probatur secunda pars.
205 Responderet ad primum fundamentum, & num. 206.
207 Ad secundum probabilis sententia, quod Deus aliquando per seipsum locutus fuisset cum Patribus antiquis, saltem in aliquo raro casu.



UCTOR totius Scripturae Deus est. Sic ait Paulus 2. Timoth. 3. n. 16. Omnis Scriptura divinitus inspirata utilis est. Osee 12. n. 10. in persona Dei ait: Locutus sum super Prophetas, & ego visionem multiplicavi, & in manu Prophetarum assimilatus sum. Et eodem modo ipse Christus Dominus verus Filius Dei, ait per Isaiam 52. n. 6. Ego ipse, qui loquebar, ecce adsum. His concinit Paulus Hebræ. 1. n. 1. Olim Deus loquens Patribus in Prophetis, novissime diebus istis locutus est nobis in filio. Sic Zacharias canit de Deo Luc. 1. n. 70. Sicut locutus est per os sanctorum, qui à seculo sunt, Prophetarum. Luc. 1. n. 4. Dominus dedit mihi linguam eruditam. Et statim subdit: Erigit mane, mane erigit mihi aurem, ut audiam quasi magistrum, ac si linguam eruditam habere non posset ad divina mysteria evulganda, nisi prius ad auscultandum promptam aurem accommodaret, & ut denotaretur, quod ea, quæ scribebat, non erant suo ingenio excogitata, sed à divino Spiritu afflata, ac inspirata. Sic loquitur D. Chrysol. in Psalm. 48. & ait: Scriptor Canonice à divino Spiritu accipit, quod in populum eructat. De qua re non esse dubitandum, significat D. Paulus, an experimentum queritis ejus, quæ in me loquitur Christus 2. Cor. 13. n. 3.

D. Chrysol.

2. Cor. 13.

195.

Confirmatur, quia cum Deus sit Auctor Scripturae quæ dicuntur, dici à Deo dicuntur dici ab Scriptura, ait Deus per Moysen ad Pharaonem Exod. 9. num. 16. Idcirco posui te

Exod. 9.

ut ostendam in te fortitudinem meam. Quem locum referens Apostolus ait Rom. 9. n. 17. p. Dicit enim Scriptura Pharaoni, quia in hoc ipso excitavi te: ut ostendam in te virtutem meam. Cum Deus sit auctor Scripturae, idem est, quod Deus dicat, ac quod scriptura dicat, Isaias 7. n. 13. reprehendens populum quod verbis Dei fidem non adhiberet, ait: Audite domus David, nunquid parum est vobis, molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo? Chaldaeus. Quia molesti estis verbis Dei mei? Psal. 114. n. 3. Ut videat si est intelligens, aut requirens Deum. Chal. Ut videat, num sit intelligens, qui querat doctrinam à conspectu Dei. Ubi vides Deum ut Auctorem ab ipsa scriptura non seungi, sed pro illa poni.

Rom. 9.

Isai. 7.

Chaldaeus.

Psal. 114. Chald.

196.

Abul. Banes. Perez.

Lorinus. Lorca. Salian.

Salian. Carthuf. Benavid.

197. Galat. 3.

D. Anselm.

D. Thom.

D. Dion.

D. August.

168.

Rupert.

Sixt. Senen.

Lyran.

Cajet.

Oleaster.

Corneli.

Nieremb.

Tertia sententia media via incedit, & distinctione utitur, ait quod primas legis tabulas Deus sua virtute per seipsum scripserit; secundas verò mano Moysi factas esse. Hæc sententia est de mente D. August. quæst. 166. D. August. super Exod. & quæst. 15 super Deuteron. tom. 4. ubi ait: Priores tabulas & Deus fecit, & Deus scripsit. Et post pauca subdit agens de primis tabulis, ait: In primis solius opus Dei commemoratur. Rabbanus lib. 2. in Exod. cap. 20. & Rabban. lib. 1. in Deuteron. cap. 15. Cardinalis Hugo. c. 9. Hugo. Deuteron. exponens vers. 10. ait: Quod dicitur hinc intelligitur de primis tabulis, de quibus non est dubium, quin Deus scripserit eas. Glossa illa super Exodum loquitur de secundis tabulis, quas Moyses Domino dictante per Angelum scripsit. Et post pauca subdit: primas tabulas Dominus solus scripsit, secundas Dominus, & Moyses. Dominus ut Magister dictans; Moyses ut minister notans: In hæc sententia est, Lahay Exod. 31. conception. 37. Celada de Benedicti. Patriarch. §. 305. n. 3. Castillo de ornatus Avonis. vers. 37. Andica à n. 97. Mag. Antonin à Matre Dei in Isagogicam Matre Dei. scriptur. Præclud. digressionem 1. sect. 3. n. 3. Et hæc sententia mihi probabilior videtur.

Lahay. Celada. Castillo.

Andica à Matre Dei.

scriptur. Præclud. digressionem 1. sect. 3. n. 3.

Et hæc sententia mihi probabilior videtur.

200.

Probatur prima pars, quod primas tabulas fuerint immediate conscriptas à Deo, ac ejus Divina virtute, & non per Angelum, ne videatur violentiam inferri textui, dicitur Exod. 31. n. 18. Dedique Dominus Moysi duas tabulas testimonii lapideas, scriptas digito Dei. Et Exod. 32. n. 15. Reversus est Moyses de monte portans duas tabulas testimonii in manu sua scriptas ex utraque parte, & factas opere Dei; & scriptura Dei erat sculpta in tabulis, Deuteron. 9. Deuter. 9. num. 10. ait Moyses. Dedit mihi Dominus duas tabulas lapideas scriptas digito Dei. Docet in hanc sententiam, quia dum dicuntur tabulae scriptae digito Dei, videtur denotari aliquid amplius quam iustione Dei; nam et si Rex dicatur scribere, vel facere, cum mandat per ministros suos scribere, vel facere; tamen tunc non dicitur scribere, vel facere manu sua, vel proprio digito suo; ergo cum hæc tabulae non solum dicantur scriptae, vel factae à Deo, sed opere Dei, digito Dei, videtur aliquid magis particulare, ac peculiare hinc indicari.

Exod. 31.

Exod. 32.

Exod. 32.

Deuter. 9.

Deuter. 9.

Deuter. 9.

Deuter. 9.

Deuter. 9.

Deuter. 9.

Deuter. 9.

Deuter. 9.

Deuter. 9.

Deuter. 9.

Probatur secundò, juxta communem regulam D. Augustini, ac sanctorum Patrum; quia verba Scripturae cum proprietate sermonis accipienda sunt, cum inde nullum absurdum sequitur; Atqui nullam inde sequitur, ex eo quod dicamus, Deum immediate per suam virtutem has tabulas scripsisse, ergo ita intelligendum est, & proprietates verborum ad hoc nos maxime inducit.

201.

Probatur, Tertio Quia eodem modo dicitur Deus scripsisse has tabulas digito suo, ac dicuntur cæli opera digitorum Dei. Psalm. 8. Psalm. 8. n. 4. & ex eo quod cæli dicuntur opera digitorum Dei, inde bene probantur interpretari, ut habetur apud Lorin. cælos, & cæteras, res visibiles non esse ministerio Angelorum Lorin. factas, sed immediate à Deo per suam virtutem; ergo & similiter ex eadem phrasi loquendi, debeamus colligere illas primas tabulas, non esse ministerio Angelorum conscriptas. Idem etiam probari potest ex illo Psal. Psalm. 101. num. 26. Initio tu Domine terram fundasti.

201.

202.

203.

204.

205.

206.

207.

208.

209.

210.

211.

212.

213.

214.

215.

216.

217.

218.

219.

220.

221.

222.

103. *Posterior pars conclusio nis probatur. Clarè, ut bene colligitur ex textu posteriores tabulas à Moyse fuisse conscriptas, ut habetur ex illis verbis: Præcepit Deus Moyse, Exod. 24. num. 1. Præcidi tibi duas tabulas lapideas instar priorum, & vers. 27. Dicitur: Dixit Dominus ad Moysem: Scribe tibi verba hæc. Et subditur statim num. 28. Et scripsit in tabulis verba fœderis Domini, scilicet, ipse Moyse, de quo immediate ante agitur in textu.*

Exod. 34. *Ad primum argumentum, legem dici à D. Stephano, ac D. Paulo acceptam dispositione, & ordinatione Angelorum, quia Angeli disposuerunt, ac ordinaverunt omnia, quæ pertinebant ad pompam, apparatus, ac dignitatem ipsius legis accipientis, ut docent D. Chrysol. Theophylactus, apud Suarium lib. 6. de Angelis, cap. 10. num. 34. quod etiam tenet Cajetan. & disposuerunt omnia antecedenter, concomitanter, ac subsequenter ad ipsam legem. Antecedenter; Angeli imperarunt populo, ut se præparat ad accipiendam legem per purificationem, ac sanctificationem id est lotionem vestium, & abstinentiam ab uxoribus, Moyseque mandarunt, ut ascenderet in Sina montem, feceruntque Angeli concomitanter, ut cum Dominus daret legem, ignis appareret, mons fumaret, fulgura coruscarent, tonitrua resonarent, & buccinarum clangor perstreperet, & nubes densissima montem operiret, ut totam habes cap. 19. Exodi à num. 15. Et consequenter post datam legem Angeli fecerunt, ut facies Moyse cornuta, ac resplendens appareret, Exod. 24. num. 39. Quod totum divinâ providentiâ factum est, ait Cornelius ad citatum locum. Act. 7. Ut populus ille rudis induceretur ad cognoscendam dignitatem legis, ut illam terrore, ac potentia observaret, & audiret.*

205. *Deinde sub nomine legis tria continentur: lex naturalis, quæ habetur in Decalog. Exod. 20. leges judiciales cap. 21. 22. & leges cæremoniales cap. 25. quia primo ministerio Angelorum imperatum est Moyse, ut in secundis tabulis scriberet decalogum, & idcirco rectè dicitur Judæis, Accepistis legem per dispositionem Angelorum. Nam secundas tabulas, quas Moyse ministerio Angelorum nomine Dei scripsit, tenuerunt Judæi, acceperunt, ac habuerunt apud se, nam primæ tabulæ scriptæ digito Dei, contractæ sunt, & perierunt, & has non acceperunt; Præcepta autem judicialia, ac cæremonialia, ministerio Angelorum data sunt.*

Exod. 20. *Ad secundum dicimus, quod licet communiter loquendo, apparitiones in veteri testamento fiebant interventu Angelorum, & aliquando factæ sunt immediate à Deo per se ipsum. Ita Eusebius lib. 2. de demonstr. cap. 3. & lib. 5. cap. 10. & 28. & lib. 1. Histor. c. 2. ubi ait: Verbum divinum interdum per Angelos, interdum per se ipsum apparuisse. D. Chrysol. tomus homil. 16. in Acta, interpretatur apparitionem factam Moyse per Angelum, non substantiam creatam; Sed per ipsummet filium Dei Magni Consilii Angelum. Nicephorus lib. 1. hist. cap. 2. Theophylact. Act. 7. Theodor. quest. 5. in Exod. Tertul. lib. contra Judæos, cap. 9. D. Ambros. in illud ad Coloss. 1. Qui est imago Dei invisibilis, Clemens Romanus 5. Consilii. ultim.*

Clemens Alexandrin. lib. 1. Stromat. expressè. Fernandez. de visionibus, vision. 6. sect. 1. fol. 179. Lorca. Salas. Barrard. tom. 1. in Barrard. Evangelii, lib. 1. cap. 15.

207. *Secundò respondetur, quod communior sit sententia Patrum, quod apparitiones in veteri testamento factæ sunt ministerio Angelorum; Dicimus, quod ita verum est, ordinariè loquendo; tamen non inde sequitur, quod Deus in aliquo peculiari casu ad manifestationem suæ bonitatis, ac amoris, in hoc communi modo dispense; sicut Deus, & si mysteria fidei revelat mediis Angelis, & Angeli superiores revelent mediis inferioribus ut ait D. Thomas 1. part. quest. 112. & subdit: Non tamen debet esse dubium, quia Deus immediate hominibus aliqua revelare possit, non mediis Angelis, & superiores Angeli non mediis inferioribus. Sic etiam idem D. Thom. docet. 1. part. quest. 112. art. 11. D. Thom. Quod secundum legem ordinariam, nullus purus homo unquam vidit Deum, & tamen facit expositionem à Moyse, & Apostolo Paulo.*

208. *Si verò aliquis instabit, ex Act. 7. num. 38. ubi constat, quod Moyse loquebatur cum Angelo in Monte Sina, Respondetur, quod ibi est sermo de secunda vice, quando posteriores tabulæ datæ sunt ei, & per quadraginta dies, ac noctes, nec comedit panem, nec bibit aquam, Exod. 34. num. 28. nam secundæ tabulæ perseveraverunt, primæ verò sunt contractæ, & abolitæ. Deinde, juxta phrasim scripturæ, qui aliquid annuntiat, & revelat, dicitur Angelus. Sic Joannes Baptista Malach. 5. num. 1. Manu. 11. num. 9. sic & prædicatores, Paul. Galat. 1. num. 8. & sic Verbum Divinum Incarnatum dicitur Magui Consilii Angelus, Isai. 9. juxta Septuaginta, & in hoc sensu loquitur D. Isidorus de summo bono, c. 10. & ait: Ubique in Scripturis sanctis pro Deo Angelus ponitur; non Pater, non Spiritus sanctus, sed pro Incarnationis dispensatione solus Filius intelligitur. In eadem sententia est Beda lib. variat. quest. 99. favet D. Cyprianus lib. 2. Testimon. contra Judæos, cap. 5.*

QUESTIO II.

Scriptores Canonici locuti sunt Spiritu sancto inspirante, & agitur, an Christus Dominus, & B. Virgo aliquid scripserint?

SUMMARIUM.

- 209 Spiritu sancto inspirante locuti sunt sancti Dei homines.
- 210 Non fuit conveniens, quod Christus Dominus scriberet? Hoc fecit per suos Apostolos.
- 211 Christus aliquid scripsit, ut patet ex historia adulteræ.
- 212 Scripsit Epistolam ad Abagarum regem, ad quem etiam, ut aliqui testantur, misit effigiem vultus sui, v. 213. 214. 215. 216. 217.

218 *Sanctissima Virgo scripsit Epistolam ad Ignacium & etiam ad unum, vel alterum.*

219 *Cur hujusmodi Epistola non sint Canonica nec inter Canonicas numerentur?*

Scriptores Canonici.

214. *Tria quæro in hac questione, Et primò de Scriporibus Canoniciis, & certum de fide est, eos fuisse locutos Spiritu sancto afflante, ac illuminante; sic ait D. Petr. epistol. 2. cap. 1. num. 21. Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines, & ideo olim Prophetæ os Domini dicebantur: Os Domini locutum est, Isai. 1. num. 20. Os meum non interrogastis, Isai. 30. num. 2. Quasi os meum eris, Jerem. 15. num. 14. Hinc Zacharias canit: Locutus est per os sanctorum, qui à seculo sunt, Prophetarum ejus, Luc. 1. num. 70. Et tam proprie, ac genuinè Prophetæ erant os Dei, ac Dei ore loquebantur; ut non solum eorum dicta Deo tanquam loquenti, sed etiam scripta tanquam præcipuè scribenti referantur, Hunc David cant Psalm. 44. num. 2. Lingua mea calamus scribae velociter scribens. Et ut bene D. Basilus ait; Lingua iusti cordibus credentium verba inscribit vicia æternæ, tincta quidem non atrimento, sed spiritu Dei vivemus.*

Christus Dominus.

213. *Multis probat D. Thomas 3. part. quest. 42. art. 4. quod non fuit conveniens, quod Christus Dominus immediate per se aliquid scriberet, cum ipse proprio verbo suo suos Discipulos docuerit, qui verbo, & scripto omnes gentes docuerunt; quod etiam docet D. Augustin. lib. de consensu Evangelistarum, cap. 95, ait: Cum illi, scilicet Apostoli, scripserunt, quæ ille ostendit, & dixit; nequaquam dendum est; quod ille non scripserit, quandoquidem membra eius id operata sunt, quæ distante capite cognoverunt. Quidquid enim ille de suis factis, ac dictis, non legere voluit, hoc scribendum illis tanquam suis membris imperavit, & statim monet: quod nemo aliter accipiat. Quod narrantibus discipulis Christi in Evangelio legerit, quam si ipsam manum Domini, quam in proprio corpore gestabat, scribentem conspexerit.*

216. *Et quamquam, regulariter loquendo hæc vera sunt, & quod Christus nihil scripsisset, quod ad nos pervenisset, tamen negandum non est, quod aliquando scripserit, ut patet in historia Adulteræ in qua scribit Joan. 8. n. 6. & 8. Jesus autem inclinans se deorsum digito scribebat in terra. Et quamquam Maldonatus existimet fuisse characteres incertos nihil significantes, tamen fuisse veras literas verum significatum habentes, est communis doctrina Patrum D. Hieron. D. Ambros. D. Thomæ, Glossæ Interlinear. D. Bonavent. D. Antonii Ulyssipponens. Alberti Magni, Carthusiani, Lyran, Hugonis, Rayyami, quos retuli, ac citavi tom. 4. in Evang. cap. 15. quest. 7. ubi circa significatum hujus scripturæ Christi, sex sententias retuli. Communis est, quod scribebat propria eorum peccata accusantium, itaur divina virtute unicuique repræsentarentur sua peccata, per quæ judicandus erat, &*

unusquisque sua peccata propria legeret, & non alterius, sicut vox Apostolorum, quæ licet fuisset Hebraica, tamen secundum quod proferebatur, ab unoquoque etiam diversæ nationis ac linguæ audiebatur, ut citato loco explicavi.

Fieri etiam potuit ut ratione urbanitatis Christus Dominus aliquid scripserit, ut referatur de ejus epistola respondentis Abgaro seu Abagaro Regi Edessæ Civitatis, ultra Euphratem; quæ licet à Gelasio inter apocrypha computetur, tamen non omnino contemnenda, quia gravissimi Auctores eam ut scriptam à Christo venerantur, ut constat ex epist. D. August. 263. quæ est Darii Comitis ad ipsum Augustinum: ex Ephrem in suo Testamento. Theodoros Studita epist. ad Paschas. Papam, quos referunt Baronius tom. 1. an. 31. num. 58. & tom. 7. anno 545. Lyræus in Trisagio lib. 2. num. 26. Nicephorus lib. 1. cap. 7. Evagrius lib. 4. cap. 27. Senensis lib. 2. Biblioth. verb. Jesu Christi. Et videndus est Damascenus lib. de fide orthodoxa, cap. 17. Ubi ait Christum Dominum vultus sui effigiem huic Abagaro misisse, & Evagrius proximè citatus narrat Edessam Urbem, hujus factæ imaginis virtute ab oppugnatione Persarum, & à flammarum incendio ab ipsis excitato mirabiliter fuisse liberatam; quod etiam referatur in actis Secundi Concilii Niceni. Eusebius lib. 1. histor. cap. 25. refert se in publicis Edessæ Urbis Archivis, reperisse Epistolam nostri Redemptoris respondentem. Abagaro Regi, ejusdem civitatis Regi.

Beatissima Virgo Maria.

218. *Quod ipsa scripsisset Epistolam ad B. Ignacium, testantur Flavius Dexter. ad annum 86. num. 11. & ad annum 116. num. 4. & ad annum 340. ubi Vivarius, Bernardus in Psalm 90. Bernard. serm. 7. Marcus Michael Presbyter Cortonen. Marc. Mich. sis lib. de viris Illustribus, Sixtus Senensis lib. 2. Bibliotheca, Carthusian. Marian. Victorinus, Symphorianus, Clamperius apud Petrum Canisium lib. 5. de Deipara, cap. 1. & apud Franc. ciscum Vivarium in Commentario ad Lucium Dexterum anno 86. & 116. quod etiam testantur Franciscus Arias lib. de imita. Virg. & Bartholom. de los Rios, lib. 2. de Hierarchia Mariana, cap. 33. ubi etiam refert aliam Epistolam ejusdem sanctissimæ Virginis scriptam ad Messanenenses, in cujus confirmationem clamat Ecclesia Metropolitana Messanensis, quæ in Metrop. memoriam tanti beneficii nuncupatur la Madonna del Atrio de Epistola, quæ illic reverenter asservari dicitur Citator Bartholomæus de Los Rios, aliam ejusdem Epistolam ad Florentinos refert, de quibus videndus est Canisius lib. 5. de Deipara, cap. 1. & Hieronymus Ferrariensis in Concione Florentiæ habita 25. Octobris anni 1495.*

Inquires, cur hujusmodi Epistolæ tam Christi Domini, quàm Beatissimæ Virginis non habeantur inter Canonicas? Respondeo, quia non constat de infallibili certitudine exemplaris ipsarum epistolarum, sicut Concilium Francofordiense, ex antiquissimis Auctoribus constat quod fuisset, quia tamen non constat de infallibili certitudine exemplari (Unde Suarius illud desumpsit) an esset ex aliqua